euersionem suam in melius commutatam. quia expulsor latrones a templo.
atque ipsum iam templum erutum scimus. debemus ex rebus exteriorib;
introrsus aliquam similitudinem trahere. atque ex euersis aedifica
is parietum, morum ruinam timere; Uidens enim ciuitatem fleuit
super illam dicens. quia si cognouisses & tu. hoc semel egit cum peri
turam ciuitatem esse nuntiauit. hoc cotidie redemptor noster per e
lectos suos agere nullatenus cessat. cum quosdam ex bona uita
ad mores reprobos peruenisse considerat. plangunt enim eos qui ne sci
unt quur plangantur. quia iuxta salomonis uerba laetantur
cum male fecerint. & exultant in rebus pessimis. qui si damnatio
nem suam quae eis imminet agnouissent. semet ipsos cum lacrimis e
lectorum plangerent, bene autem perituræ animæ sententia
quae subditur conuenit. Et quidem in hac die tua quae ad pacem ti
bi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, suam hic diem habet
anima peruersa quae transitorio gaudet in tempore. Cui ea que
ad sunt ad pacem sunt. quia cum ex rebus temporalibus laetatur
dum honoribus extollitur. dum in carnis uoluptatibus resoluitur.
dum nulla uenturae poenae formidine terretur. pacem habet
in die sua. quae graue damnationis suae scandalum in die habebit
aliena. ibi enim affligenda est, ubi iusti laetabuntur. Et cuncta
quae modo ei ad pacem sunt. tunc in amaritudinem reuerte
buntur. quia rixari secum incipit. quur damnationem quam
patitur non expauit. quur ad prospiciendis malis sequentibus ocu
los mentis clausit. unde et adicitur. Nunc autem abscondita sunt
ab oculis tuis; peruersa quippe anima rebus praesentibus dedita. inter
renis uoluptatibus resoluta. abscondit sibi mala sequentia. quia
praeuidere futura refugit. quae eam praesens laetitia perturbent. dumque
in praesentis uitae oblectatione se deserit. quid aliud quam clau
sis oculis ad ignem uadit. Unde bene scriptum est; In die bonorum

·XI·

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0176